UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

40. An etiam excommunicatis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

Visual Library

de extrema vnctione ſuis locis aliquid particularius dicemus.

Dices: Tenebiturne paſtor & illis miniſtrare, qui fuerunt cauſa interdicti, aut qui conſilium, fauorem, auxilium delicto præbuerunt, propter quod poſitum fuit interdictum.

℞. Tenebitur: Si tamen prius ſatisfecerunt (*a*) aut cautionem ſaltem iuratoriam dederint, ſe daturos operam fideliter, vt ſatisfiat: niſi ita ſint diſpoſiti, vt rationis & ſermonis vſum, ad id præſtandum ſufficiẽtem habeãt, tunc enim ſatis eſt, eos ſigna contritionis dediſſe.

a *Alma mater de ſentẽt. excom. in. 6.*

QVÆSTIO XL.

An etiam excommunicatis.

Quæſtionis explicatio.

OMnis excommunicatio à participatione ſacramentorũ excludit, & pleræque omnes maiores reſeruatæ ſunt ſuperiorib⁹: Ideo forte quæret aliquis, an paſtor excuſabitˀ, ſi ſacramẽta illis non miniſtret, ſed ad ſuperiores pro abſolutione remittat

Reſponſio.

Tenetur paſtor non ſolum excommunicatis ſacramenta miniſtrare, ſed prius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam abſolutionem à quacunque cenſura impendere, quia in mortis articulo omnis ſacerdos quoſuis pœnitentes à quibuſcunque etiam reſeruatis abſoluit, vt ante oſtẽdimus.

Dices: Quid ſi excommunicati teneantur ad reſtitutionem aliquam vel ſatisfactionem, nec poſſint ſatisfacere, tenebiturne paſtor nihilominus illos abſoluere.

a c. *Alma mater de ſent. excom. in 6.*

℞. Tenebit, petita (*a*) prius cautione, quę fiet vel per fideiuſſores, vel per iuramentũ, vel alio quocunquemodo: Quia, imo ſi is ſit neceſſitatis articulus, vt nihil horum ab eo præſtari poſſit, tenebitur, ſine vlla cautione abſoluere, quia (*b*) *nemo poteſt ad impoſſibile obligari.*

b *l. impoſſibilium ff.*

Dices ſecundo: Quid ſi excommunicati necdũ peſte infecti ſint, ſed propter magnam aëris infectionem ꝓbabiliter timetur, ne peſte corripiantur & ex hac vita abripiantur, tenebitur quoque tales abſoluere, vel ad ſuperiores mittere.

℞. Probabile eſt teneri: nam illo caſu, quando peſtilentia ex aëris infectione naſcitur, omnibus probabile periculum mortis ingruit, quo fit, vt non immerito illo periculoſiſſimo tempore omnes cenſeri poſſint in mortis articulo, ad eum ſaltem effe-

ctum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctum, vt à cenſuris & caſibus reſeruatis per inferiores paſtores in abſentia Superiorum abſolui poſſint, per ea, quæ pluribus locis ante diximus.

Dices poſtremo: Quid ſi ſic abſoluti p̄ſeruentur & non inficiantur, vel peſte infecti, ab ea liberentur, tenebunturne ratione reſeruationis iterum ad ſuperiorem recurrere?

℞. Tenebuntur: Sic enim Ius (a) diſponit: *Quod ſi* (inquit) *forſan antequam ab eo, qui poteſtatem habet, abſolui poßint, mors talium cōfiteri volentium veriſimiliter timeatur, etiam in prædictis caſibus ſæpe fati fratres eos confiteri volētes audient, ipſisq; beneficium abſolutionis impendent, ſed ſubeant iuramenta, quod liberati ſe ſuis Epiſcopis & excommunicatoribus præſentabunt, excommunicantium ſuper his pro quibus ab eis excommunicati erant, parituri mandatis.*

a *Extrauag. inter cunctas §. incendiarii.*

QVÆSTIO XLI.

Pluribus ſacramenta ſimul petentibus, quibus Paſtor prius miniſtrare teneatur.

Quæſtionis explicatio.

AEre peſtilentia infecto, cum paſſim in pagis & vrbib⁹ lues ſæuit, & ex hac vita multos mortales eripit, plurimi periculo deterriti, ſpe ſalutis corporalis abiecta,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN